

quibus etiam plura tradit Plin. lib. 6. c. 11. & 14. D. Hieronym. in epist. ad Ocean. de epitaph. Fabiola tom. 1. Jornandes in lib. de gestis Goth. Marc. Paul. lib. 1. cap. 5. Paul. Jovius lib. 17. histor. c. 5. & Fr. Joan. a Ponte in convenient. utr. Monarch. lib. 2. c. 18. pag. 205. Et de cloacis urbis Romae, quas Plin. lib. 36. c. 15. operum omnium maximam vocat; suffossis montibus, atque urbe pensili, subterque navigata; & Casiodor. lib. 3. var. epistol. 30. stuporem visentium, cum possint aliarum civitatum miracula superare; de quarum etiam laude & admiratione multa scribit Tit. Liv. lib. 1. c. 5. Eutrop. lib. 1. Alexand. ab Alex. lib. 3. Genial. c. 14. pag. 366. & Just. Lips. de admir. mag. urbis Romae, lib. 3. cap. 12. Neque potest silencio involvi ingentis, & pene incredibilis fabrica illius muri, quem Sinæ fecerunt, ut Regnum suam à Tartarorum invasionibus tutarentur; durat enim adhuc per quingentas leucas extensas, ut ex variis Auctoribus, qui de rebus Sinarum scripserunt, recolat Majol. de colloq. 23. pag. 515. & post eum P. Nicolaus Trigaulcius de Christ. in Sinas expeditione lib. 1. c. 2. in fin. & lib. 5. cap. 13. in princip. & longe melius testis oculatus Ferdin. Mendez Pinto in suis mirabil. peregrinat. cap. 95. ubi leucas longitudinis muri 350. esse dicit, altitudinem sexularum, latitudinem quadraginta palmorum, & in eo construendo, & montibus ac rupibus, quæ se offerebant: cum illo conjungendis & complandis, viginti quinque: continuis annis, septingenta, & quinquaginta hominum millia indesinenter laborasse.

80 Clarissimum quoque Lusitanæ Ducem Alphonsum Alburquicum animo concepisse operâ Abyssinorum uti, & Nilî fluvio novo & breviori alveo in Arabicum sinum avertere, ut sic totam Egyptum Turcicæ Christianæ nostræ Fidei hostibus prorsus infufluosam redderet, & fame, siti, que extingueret, aperte scribit, & vel solum conatum multis laudibus extollit Maffei. lib. 5. histor. Ind. Maluend. de Antiebrist. lib. 2. cap. 5. pag. 70. & de Paradiso cap. 35. ubi addit ex Laurent. Anania in fabric. mundi tract. 3. Turcarum, Sultanum à Abyssinis peregrinis religionis ergo in Terram Sanctam venientibus leviora tributa, quam aliis Christianis imperare, quod in eorum potestate sit, Nilum in Rubrum mare derivare, atque ita ne in Egyptum descendat efficere.

82 Sed finiamus hoc caput à adjecto Isaïæ Prophetæ loco cap. 4. vers. 4. ubi similia opera non solum non damnat, sed potius homines ad ea faciendâ cohortatur, sic inquit: Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humilabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas, quasi diceret, juxta paraphrasim Gaspar. Sancti Ibdem Injedo aggere, & congesta humo attollatur vallium depressa profunditas, & contra dejectis scopulorum fastigii, demittantur colles. Et quod anfractuosum est, dirigatur ad regulam, quod verò clivosum & inæquale, in planitiam æquetur, ut fecisse dicitur Annibal, dum obstantes Alpium rupes aperuit, & Vespasianus, cum castra moveret contra Jerusalem: de quo Joseph. 83 lib. 3. de bello Judaico. c. 5. Eadem quoque licentia, sed culpabili tamen superbia usus est Cyrus

Persarum Rex, ut post alios refert Baptist. Fulgosi. lib. 9. memorab. c. 5. de superbia, fol. 326. Nam cum ad Babylonicam expeditionem proficisceretur, fluvium Gangem immensa magnitudinis rapidumque, in trecentos ac sexaginta parvos alveos divisit, quod in eo eques Persa unâ cum equo absorptus esset. Superbæ rei insolens quoque verbum addens, affirmans se ita diminuturam amnem, qui equiti suo se pervium facere noluerat, ut etiam prægnans formina pedibus sine labore eum trajectura esset.

CAPUT IX.

De origine gentium in Novi Orbis Regionibus repertarum, & quomodo ad eas transire poterint.

SUMMARIUM.

- 1 Hominis primi de ortu, & creatione variè Philosophi sentiebant.
- 2 Homines omnes ad Adamo originem ducunt.
- 3 Cap. 17. Aq. Apost. exponitur, & illustratur.
- 4 Adam fuit auctor totius generis humani.
- 5 Adam idem significat Hebraicè, quod Latine homo, & cur ita vocatus.
- 6 Adami ad formationem Deus terram ex quatuor mundi partibus sumpsisse dicitur, & quare.
- 7 Adami inter filios, & descendentes quatuor Orbis dividi capitur.
- 8 Noe post diluvium constitutus fuit à Deo veluti parens ceterorum hominum, & qualiter illis provincias divideret.
- 9 Homines qualiter sub Noe, & post confusionem linguarum divisi fuerint.
- 10 Plato quo sensu dixerit Deos singularem Orbis regiones sortitos fuisse.
- 11 Noe à veteribus sub Jani nomine celebratur, & quare etiam Consuivus, & Chaos mundi diceretur.
- 12 Noe velut mundi heres à Deo constitutus, qualiter Orbem inter filios divisi.
- 13 Adami ossa in Arca servavit Noe, & qualiter illa inter filios cum Orbe divisi.
- 14 Noe posteri solum tres antiquas Orbis partes divisisse & habitasse leguntur.
- 15 Indi in Novo Orbe reperti, unde originem ducant, difficultis questio, & num. 19.
- 16 Japheti filios insularum incolas fuisse, quo sensu in vetera Scriptura dicitur.
- 17 Diluvium universale Noe, etiam Indos Novi Orbis, si tunc aliqui erant, delevit.
- 18 Diluvii generalis aliquam notitiam Indi Occidentales habuisse videntur.
- 19 Difficilis questio de origine Indorum.
- 20 Divus Augustin. putavit Australes Regiones non habitari, & quare.
- 21 Indi nil nisi somnia, & meras fabulas narrant de sua origine, & propagatione, & earum plures dixerunt referuntur.
- 22 Romani, & alii crediderunt à Deucalione lapides in homines versos.
- 23 Egineta putabant se ex formicis homines factos.
- 24 Coribantes ac Caretes ex monte Ida produsse fabulantur.
- 25 Athenienses se terrigenas esse jactabant, & cur Cicadas capillis intexerent.
- 26 Cicade semper manent in loco ubi natae sunt, & de adagio Cicadis operi, quid significet.
- 27 Terrigenas se esse plures nationes gloriabantur.
- 28 Terræ filius dicitur fuit Saturnus, & quare.
- 29 De usu, & significatione adagii, Terræ filius.
- 30 Spuri cur dicantur Terræ filii, Gigantum fratres, & Favonii.
- 31 Si adversus, instituit. de nupt. illustratur.
- 32 Indi Occidentales nullas literas habuerunt, & quibus mo-

- 33 Indorum omnium historia antiquæ parum fidei habere possunt.
- 34 Antiqua semper sunt obscura, & leviores probationes exigunt.
- 35 Græci, quæ dicit fuerunt, quia res antiquas ignorabant.
- 36 Indos sue propagationis initia ignorare mirum non est, & quare.
- 37 Batæcorum Hispania notabilis historia.
- 38 Animalia imperfecta & insecta bene possunt generari ex putrefactione.
- 39 Mures in Aegypto qualiter generentur.
- 40 Animalia perfecta, præsertim homo non possunt nasci, nisi ex semine parentum.
- 41 Arnaldi de Villanova heretica opinio, qui dominem dixit, & tentavit ferri posse per artem Alchimie, & magiam naturalem.
- 42 Homo non potest generari per magiam demoniacam, neque ex coitu cum aliquo bruto animali: & historie, quæ contrarium produm qualiter accipiende, remissive.
- 43 Pegusiani, & Siamita dicuntur à cane quodam cum muliere rem habente, originem ducere.
- 44 Indos procedere ab his, qui data opera, vel fortuito ad regiones Novi Orbis olim navigarunt multi opinantur, qui rejiciuntur, num. 48.
- 45 Navigationes antiquorum longissimæ, remissive.
- 46 Hispani Maurorum invasionem per mare fugientes tempore Regis Roderici ad provincias Novæ Hispanie appulsi dicuntur, ubi cruce postea reperta sunt.
- 47 Insula septem urbium dicitur reperta, & habitata à septem Episcopis, & Hispanis Maurorum cladem fugientibus.
- 48 Animalibus perfectis non minus quam hominibus via in Novum Orbem quaerenda est, quia etiam diluvium perierunt.
- 49 Animalia domestica, & fera qualiter post diluvium ad insulas longinquas transierint, accepit est questio, & num. 50. seq.
- 50 Animantia omnia qualiter adducta fuerint coram Adam, ut eis nomina imponeret, & coram Noe, ut ea in arcam includeret.
- 51 Animalia durante statu innocentia linguam Hebraicam quodammodo intellexisse; imò & locuta fuisse, quidam fabulantur.
- 52 Animalia post diluvium in insulis denuo creata fuisse opinatur D. Augustinus, quod rejicitur.
- 53 Generis locus cap. 1. vers. 24. de productione animalium exponitur.
- 54 Indos Novi Orbis quidam tradunt procedere à Phanicibus, & Carthaginensibus, vel à Romanis, & aliis nationibus, remissive.
- 55 Indi Novi Orbis secundum plures, procedunt ex incolis insule Atlanticæ, quod rejicitur, licet valde probetur à Justo Lipsio.
- 56 Indi Occidentales à tubali, & Hispanie originem ducunt, secundum Maluend.
- 57 Tubal filius Japhet, & nepos Noe omnium primus in Hispaniam venit.
- 58 Indos Occidentales ab Hespero XII. Hispanie Rege, & Hispanis ab eo missis originem trahere putat Ovetur, & alii.
- 59 Hispanie Corona jure postliminii unitas fuisse Indiarum regiones olim ab Hespero ejus Rege possessas.
- 60 Hesperus quo tempore in Hispania regnavit.
- 61 Hesperides insulae proprie & verè sunt illæ, quæ vocantur de Barlovento, licet aliqui eas confundant cum Fortunatis.
- 62 Hesperus nomen dedit insulis Hesperidis, & Hesperie, & hortis Hesperidum, & Hespero stellæ, & de his aliqua remissive.
- 63 Dionisii Alex. elegans locus de insulis Hesperidis ab Hispanis jam olim habitatis expenditur.
- 64 Hispani olim Iberici dicebantur.

- 65 Hesperides insulas à Floridensibus primum coli captas opinatur Hervera.
- 66 Indos Novi Orbis à judæis à Salmanasare captis procedere, multi arbitrantur, & quare, & num. 70. & reprobat, num. 71.
- 67 Esdræ locus exponitur.
- 68 Indorum mores, & proprietates, & in quibus Judæis similes sint.
- 69 Judæi decem tribuum capti à Salmanasare, ubi hodie consistant, & cur clausi dicuntur, & alia de eis.
- 70 Judæi decem Tribuum non videntur in Americam pervenire potuisse, & quare.
- 71 Esdræ liber quartus ab Ecclesia non est receptus, licet non sit reprobat.
- 72 Licenciatus Petrus Ruiz Bejaranus Regius Senator in Argentina Cancellaria laudatur.
- 73 Indi Novi Orbis an procedant ab Isaacchar quinto filio Jacob.
- 74 Isaacchar, & ejus posteris, quæ pater Jacob prædixit, Indis omnino convenire videntur.
- 75 Isaacchar Tribus terram optimam Chananea possedit, & animum pro insigni sui vexilli portavit.

Rejctis, variantibus Philosophorum Ethnicorum sententiis, qui de primo hominis ortu vanas juxta ac proluxas disputationes habuerunt, de quibus plura tradit Plutarc. lib. 5. de plac. Philosoph. c. 18. Lucret. lib. 2. c. 5. de natur. rerum: Ovid. lib. 1. Metamorphos. Centosin. de die Natali capit. 2. & 3. Lanctant. lib. 2. Divin. Instit. c. 12. & lib. 7. c. 7. & Just. Lips. omnino videndus in Physiolog. Stultorum, lib. 3. c. 4. Apud nos quidem, qui Catholicam Fidem agnoscimus, ut certissimum, ita & vulgerrimum est, omne mortalium genus, per quas cumque Orbis partes diffusum existat, ex primi illius parentis nostri Adami semine propagatum, quem Deus de terræ lino formavit, ut totius Orbis terrarum pater existeret, & eorum omnium, quæ erant super terram, potestatem acciperet. Hoc expressè colligitur ex Genes. c. 2. Sapient. c. 10. Ecclesiastici c. 17. & D. August. lib. 16. de Civit. Dei c. 8. in fin. ubi concludit, ea quæ de monstrosis gentibus à nonnullis Auctoribus proferuntur, omnino nulla esse: Aut si sunt, homines non sunt, aut ex Adam sunt, si homines sunt. Et idem apertius probatur ex e. 17. Act. 3. Apostol. vers. 26. ubi sic habetur: Fecit Deus ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definitis statuta tempora, & terminos habitationis eorum. Quem locum, etsi Arias Montanus de Noë, & temporibus post diluvium accepit, verius tamen est, multo magis Adamo convenire, qui propriè fuit auctor omnium hominum generis, ut ibi Glossa Interlinealis, Lyran. & alii senserunt, & sequitur Joan. Lorin. pag. 669. Et ea propter nullo proprio, sed specie duntaxat nomine fuit appellatus, cum idem sit Latine Homo, quod Hebraicè Adam; siquidem omnes, ab eo descendentes, homines nuncupantur; ut benè considerat D. Epiphanius in intro Panarii: Pined. super Job. c. 40. vers. 9. & August. Tornelli. in Annal. sac. 1. tom. die 6. Mundi, n. 6. in fine.

Quibus addo notabilem illam doctrinam D. Cypriani in lib. de monte Sion & Sina contra Jud. & August. tract. 9. in Joan. quest. 10. qui tradunt, Deum ad creationem Adam ex quatuor cardinibus Orbis terrarum limum pugno comprehendisse, sicut scriptum videtur apud Isaï. c. 40. vers. 12. secundum Septuaginta: Pal-

mo mensum sum caelum, & pugno comprehendit terram, & formavit hominem ex omni limo terrae; ea forte ratio, quia ad easdem etiam quatuor ejusdem Orbis partes illius successio jugiter propagari & extendi debebat. Quomodo verè extendi coepit in generali illa & priori mundi divisione, quae Adami temporibus inter ejus filios facta fuit, de qua prae alios optimè agit Joseph. lib. 1. *antig. c. 1.* D. August. lib. 15. *de Civitate Dei, c. 8.* Genebrard. lib. 1. *Chron. Anton. Posevinus in Biblioth. tom. 2. lib. 15. c. 19. pag. 252.* & Petr. Opmeer. in opere *Chronograph. pag. 7.*

Quamvis negari non possit, quod deleto postea per diluvium Orbe, & omnibus, qui in eo habitabant, exceptis Noè, & ejus uxore, & filiis Sem, Cham, & Japhet cum uxoribus suis, & animalibus, quae ex praecepto Domini in arca servata sunt, ipsum Noè à Deo veluti universalem parentem ceterorum hominum, qui ab illo processerunt, constitutum fuisse, & aucto nimis humano genere, alias aliis subinde stationes, provincias, civitates, ac populos designasse, in quibus commode vitam degere possent, ut docemur Genes. c. 9. *ver. 19.* ibi: *Tres isti filii sunt Noe, & ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram.* Qui etiam deinde magis divisi sunt, & in septuaginta duas Republicas mundum partiti, post linguarum confusionem, quae in aedificatione turris Babylonica contigit, ut habetur Genes. c. 7. *10.* & *11.* Deuteronom. c. 32. & laetè proseguuntur Beros. & Joan. Ann. lib. 2. c. 4. Joseph. & Genebrard. ubi supra. D. Augustin. lib. 16. *de Civitate Dei, c. 4. 5.* & 6. Phil. Judaeus in libro *de confusione linguarum.* Diodor. Sicul. lib. 1. *Bibliothec. Origen. homil. 11. sup. Numeros: D. Isidor. de orig. Goth. in princ. Archiepisc. Tolet. in Chron. Hispan. lib. 1. c. 3.* Episcop. Tuden. *ibidem lib. 3. Abulens. c. 14. Genes. quest. 1. D. Antonin. 1. part. Chron. c. 3.* Ado Archiepisc. Viennens. in *Chron. etate 2. anno 1758.* Istela. Perer. & Delr. in *Genes. c. 11.* Arias Montan. in *Phalag.* quae vox divisionem significat Pined. Franciscan. in *Monarch. lib. 1. c. 16. & seqq.* Anton. Posevin. in *Bibliothec. 2. tom. lib. 15. c. 16. pag. 252. & 253.* Thom. Boc. Engubini. *de ruinis gentium lib. 4. c. 1. 2. & 3.* Marian. *de reb. Hisp. lib. 1. c. 7.* Petr. Opmeer. in *diff. opere Chronograph. pag. 17.* ubi satis distinctas tabulas hujus divisionis apponit, & melius Augustin. Tornicell. in *Annal. sacr. 1. tom. anno mundi 1909. n. 2. & 3. & 1931. ex pag. 201. & 238.* Fr. Joann. à Ponte in *convenient. utr. Monarch. lib. 3. c. 33.*

A quibus non valde abest Plato in *Critia*, dum ait: *Dii quondam universa terrae Orbem singulatum sortiti sunt, in regiones singulas distributum.* &c. Deos enim appellat Principes, ac praeclentes in Republica viros, qui, ut manifestum est, *Dii* antiquitus dicebantur, *Exod. 7. & 21. Psalm. 46. & 81. Jud. 5. & Joan. 10.*

Unde veteres quod sub Jani nomine celebrantes, omnium Deorum majorum & minorum patrem appellaverunt necnon etiam *Consuivium*, à consensendo, id est, generis humani propagine, ut tradunt Beros. *alib. 2.* Macrob. post Cicero. *lib. 1. Saturn. c. 9.* & Opmeer. ubi supra. pag. 18. Et, quod plus est, doctissimus Grammaticus Fest.

Pompej. lib. 3. *de verb. significat.* Chaos, & semen mundi illum fuisse scribit, sic inquit: *Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem blantem, patentemque in profundam; ex eo & caeteris Graeci, & nos hanc dicimus.* Unde Janus *destrata aspiratione nominatur, idè, quod fuerit omnium primus, & à quo rerum omnium factum putabant initium.*

Arideret praedictis Epiphanius in *Anchorato*, dum ait: Noè velut mundi heredem à Deo constitutum, tribus filiis universum mundum sub sortem misisse, & unamquamque partem juxta sortem singulis distribuisse. Quibus in verbis aliud mysterium ex traditionibus Syrorum latere putat, Tornicell. ubi supra. & anno 930. num. 4. pag. 128. post Andream Masium in *Comment. in Josue, circa finem*, nempe Noè, ossa primi parentis Adami religiose in arcam ad se recepisse, & post siccatum à diluvio Orbem terrarum, illa inter suos tres liberos cum Orbe ipso distribuisse: Semque, quem anteferebat ceteris, calvariam donasse, & cum ea regionem illam, quam modo *Judeam* appellamus.

His ergo suppositis, cum omnes homines ab Adamo, sive Noè, & ejus posteris originem ducant, quos scimus intra illas tres partes, *Asiam* scilicet, *Africam* & *Europam*, quae olim dumtaxat cognitae erant, se continuisse, juxta ea, quae tradunt Joseph. & D. Hieronym. ubi supra: Arias Montan. in *Phalag.* Tornicell. anno mundi 1931. num. 45. pag. 230. merito in dubium à doctissimis viris vocari solet, quod unde hi Occidentales & Australes Indi originem ducant, & quomodo, quae via, quove duce gens adeo innumerabilis in has provincias pervenire poterit, quae, & ab aliis toto ferme Oceano dividuntur, & ab antiquis penitus ignoratae videntur: Nam, ut praclare inquit Joseph. Acost. lib. 1. *de natura Novi Orbis c. 16.* neque alteram Noè arcam hunc appulsi cogitare possumus, neque Angelum quempiam (ut olim Habacuc Prophetam ex Palestina in Babylonem) suspensus per aëra transvexisse Indicæ gentis progenitores. Non enim quid Deus poterit, quaeritur, sed quid humanarum rerum ratio, atque ordo patiatur.

Rursus, quia licet constet Mosem Genes. 10. *vers. 5.* ubi de Japheti filii verba facit, eos insularum incolas fuisse, affirmare, omnes tamen consentiunt, quod eo loco Moses Graeciam, Galliam, & Italiam designavit, quas regiones, quod interjectum sit mare, insulas appellavit, & minime consensurum esse, illud ad Americam referre, praeter alios advertit Joan. Lertius Burgund. in *hist. navigat. in Brasiliam cap. 5.* Et quod multo minus putare debemus, maximo illo diluvio sub Noè temporibus contingente, hos homines salvos mansisse, si qui tunc in his regionibus habitabant: nam hoc Catholicae veritati repugnaret, quae omne humanum genus aquis suffocatum docet, excepto Noè cum familia sua, quae in arca liberata est, & aquas praevalluisse nimis super universam terram, operosque esse montes excelsos sub universo caelo, ut refertur Genes. c. 7. & affirmat Beros. lib. 1. *antig. Philo Jud. de vita Moysi lib. 2.* Joseph. lib. 1. *antig. Judaeic. c. 3.* & in nostris terminis de his Indis Occidentalibus loquens, & quod, ut reliqui alii, generali cataclysmo

mo perierint Camill. Borrell. *de praesantia Reg. Cathol. c. 43. n. 2.* & Acost. *alib. 1. c. 25.* & in *hist. Ind. lib. 6. c. 19. pag. 431.* Ubi quod apud eos aliquam diluvi generalis memoria reperiri fateatur, quod etiam cum Augustin. de Zafase, & Francisc. Lopez Gomara restatur Just. Lips. in *Physiolog. Stoicorum lib. 2. dissert. 21.* Joan. Bot. in *relation. univers. 4. part. lib. 2. pag. 35.* & de incolis Cuba Anton. de Herrero. in *hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 9. cap. ... pag. 296.*

Quibus de causis merito concludit idem Acost. *alib. 1. c. 24.* facilius esse aliena improbare, dum de origine Indorum dissertitur, quam certi aliquid de suo asserere, & idem sentit eruditissimus Pat. Joan. de Pined. lib. 4. *de reb. Salomon. c. 16. §. 4. pag. 212.* & Fr. Gregor. Garcia Dominicanus, qui cum de hoc argumento libros quatuor non vulgari studio, quamvis vulgari lingua conscripserit, posquam in referendis duodecim diversis opinionibus insudavit, nullam tamen eorum admittit, & rem sub eodem, aut majori dubio relinquit.

De quo tamen parum mirari debemus, quod cum eadem difficultas adeo torserit D. Augustin. *diff. lib. 16. de Civitate Dei, c. 9.* ut affirmare maluerit, impossibile esse, has Australes plagas ab hominibus habitari, quam argumento tam molesto pressus fateri, aliquos ulibi terrarum homines reperiri posse, qui ab Adami semine non descenderent. Nimirum, quia summus ille vir valde absurdum esse putabat, ut dicitur, aliquos homines in illam partem, Oceani immensitate trajecta, navigare & pervenire potuisse.

Quod si ab ipsis Indis quae propagationis exordia inquirere & perscrutari conemur, nullius pretii id esse videbitur, ut rectè inquit Acosta, *alib. 1. c. 25.* Nam cum nullam prorsus memoriam habeant, unde huc commigraverint primi ipsorum auctores, somnia potius quadam, atque aegri deliria narrare videntur: & ut varia sunt eorum nationes, varias etiam fabulas suae generationis confingunt. Quae tamen eò ferè recidunt, ut sese in eodem Orbe, quem habitant, natos & conditos opinentur, & vel à Sole, vel à mari, vel à certis antris, lacubus, fontibus, montibus aut rupibus primos eorum parentes creatos fuisse, vel exiisse, inaniter credant, ut constabit ex his, quae de Indis Hispaniolae tradit Petr. Mart. in *decad. Novi Orbis, lib. 10.* Fr. Gregor. Garc. *alib. 1. tract. de Ind. origin. lib. 5. c. 2.* Anton. Herrero. in *hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 3. c. 3. pag. 86.* de Mexicanis, Chichimecis, Mistechis, Chapanechis, & aliis Nova Hispania: Acosta *alib. 1. c. 25.* & *lib. 7. c. 2.* Fr. Hieron. Romanus *1. part. Rerum lib. 2. c. 15.* Fr. Gregor. Garc. ubi supra *c. 3. cum tribus sequentibus.* Henric. Martin. in *Repertor. Mexicano tract. 2. c. 10. ex fol. 106.* Fr. Joan. Torquemad. *Monarch. Indiar. lib. 1. c. 11. & 12.* Fr. Anton. Remesal. *de provincia Guatemal. lib. 1. ex c. 3.* Et de origine Cuzquenensium, Xauxenensium, Andaguilensium, Collaorum, Chiriguaniensium, & aliorum Peruanorum: idem Acost. *alib. 1. c. 25.* & *lib. 6. c. 29.* Joan. Beranz. & Fr. Gregor. Garc. qui etiam refert *diff. lib. 5. c. 7. 8. & 9.* Francisc. Lopez Gomara. *1. part. hist. Ind. fol. 68.* Lenin. Apollon. *lib. 1. de reb. Peruens. Petr. Clez. 1. part. Chron. Perù, c. 99.* Joan. Bo-

ter. in *relation. univers. 1. part. vol. 2. pag. 344.* Michael. Cabello Balboa in *Miscellan. Australi manuscrita 2. p. c. 18. & 19.* & Anton. de Herrero. in *histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 6. pag. 12.* Et planè mirandum non est, in eos, qui ut plurimum Barbari erant, hujusmodi figmenta suae originis credidisse, cum quod Romani, & aliae magis cultae nationes sibi persuaserint, post diluvium Deucalionem hominum genus ex lapidibus reparatum fuisse, ut late canit Ovid. *lib. 1. Metamorphos. & Ludovic. Vives, fabulae causam aperiens, in not. ad D. August. lib. 8. de Civitate Dei, cap. 10.* Et quod Aeginae colonis morbo assumptis, Aeci precibus, qui solus superstes in ea insula mansit, Jovem formicas, quae in annosa quercu vagabantur, in homines mutasse, qui inde Myrmidones dicti sunt, ut tradit idem Ovid. *lib. 7. Metamorphos. & Natal. Comes lib. 3. Mythol. cap. 9.*

Sunt etiam, qui Corybantes, ac Curetes natos ferunt ex Ida Cretae monte, in quem Opis, sive Rhea fugiendo delata, monti manus impregit, ac inde emersisse Curetas, quibus à montis nomine, & facti qualitate Dactylorum nomen inditum fuit, & Curetae etiam quae in annosa quercu specie nuncupari, ut observat Coelius Rhodig. in *lib. 17. lect. antiq. cap. 12.*

Athenienses quoque literarum, & Philosophiae principes in similem stultitiam inciderunt, jactantes, se omnium hominum primos, & terrigenas, sive ex ipsa terra, quam incolabant, procreatos, & nutritos, ut produnt Isocr. in *Panegyric. & in Pan. to. Lys. in funeb. orat. Platon. in Menexen. Herod. lib. 7. Aristoph. in avibus: Apulej. lib. 11. Sophocl. in Ajaxe: Strabon. lib. 8. Laerc. de vita Philosoph. lib. 3. c. 1. in Antisthene, & expressius omnibus M. Tull. in orat. pro Lucio Flacco: & Auson. Gallus in Catalogo urbium, dum ait:*

Nunc & Terrigenis patribus numeremus Athenas.

Qua de causa pro capitis ornamento cicadas ex auro, capillis implicatas, gestare solebant, indigenas se esse, non advenas, significantes. In ea siquidem regione vivunt, & moriuntur cicadae, in qua genitae sunt, non aliunde commigrant, sicut pleraque alia animalia: unde Proverb. ansam praebuerunt, *in rebus, sive in rebus, sive in rebus* id est, *Cicadae operiti*; quod ingloriosos ac stultos olim, aut obsoletos, ac jam desitis utentes, usurpabatur; ut ex Thucyde, Aristophantis Scholiaste, & aliis observat Erasmus. in *ad. agit. pag. 847.* Coel. Rhodig. *lib. 12. lect. antiq. cap. 6.* Alciat. *Emblem. 136.* & Joan. Fungier. in *etymolog. verb. Indigne*, licet Natal. Comes *lib. 4. Mythol. c. 10.* idè Athenienses cicadas uti tradiderit, quoniam cum musicae sint, Apollini sacrae sunt, qui patrius Deus, & defensor illorum erit.

Et quod eandem terrigeni taudem sibi usi passe Arcades, Aeginetas & Thebanos, scribit Suidas in *dic. Dion. variis Apollon. lib. 4. Argonautic. & de Parnasis idem commemorat Strabon. lib. 9. de Germanis: Cornel. Tacitus de moribus German. & de Aegyptiis, Indis Orientalibus, & Aethiopibus: Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 1. lib. 2. cap. 10. lib. 3. cap. 1.*

De Saturno etiam legimus, quod Terrae filium dicitur Tom. I. de Ind. jure.

tum fuisse, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus. Unde & adagium originem traxit, quo homines ignobiles, & qui certum patrem ostendere nequeunt, ut ex Alex. Comico, & Minutio Felice in Octavio docet Paul. Manut. in *Adag. Lutea proles*, pag. 1360. & ex Cicer. Lactant. Tertul. Persio, Juvenali, & aliis, Angel. Politian. lib. 1. *Miscellan. cap. 18.* & Adrian. Turneb. lib. 26. *advers. cap. 22.* ubi etiam declarant, & cur iidem spurii *Gigantum fratres*, & 29 *Favonii* dicerentur. Quod & notare licebit ad illustrationem *text. in §. si adversus, instit. de nupt.*

31 Supradictis etiam adijci potest, & apud istos Indos Occidentales nullas literas in usu fuisse, neque certa aliqua majorum monumenta, quibus primordia suae propagationis ad posterum transmitti possent, cum pictura illa, quibus Mexicani utuntur, & florum nodi, quibus Peruviani, (vulgo *Quipos* vocati) vix quadringentorum annorum memoriam retinere possint, & ultra id aetatis aliud, quam densa tenebrae ignorantiae occurrant, ut bene advertit Acost. d. lib. 1. *de nat. Novi Orbis cap. 25.* & in *hist. Ind. lib. 1. c. 24.* & lib. 6. c. 2. 3. 4. 7. 8. & 9. Hieron. Roman. de *Rep. Ind. lib. 2. cap. ultim.* Torquem. in *Monarch. Ind. lib. 1. c. 11.* Henric. Martinez in *repertor. Mexic. can. tract. 2. c. 9.* Garcilas. lib. 6. *de Incarum orig. cap. 8.* & lib. 2. cap. 22. & 23. & Fr. Alphons. Ramus. Gaylan. in *histor. Virgin. de Copacavaria, lib. 1. cap. 11.* ubi simul eorum Calendarium, & annorum computandorum rationem diligenter exponunt.

32 Et idem disertè sentit & de incertitudine originis Britannorum Cornel. Tacit. in *vita Agric. post init.* & reliquarum historiarum, quas omnes Indi ex antiquis seculis repetunt: Fr. Joan. à Pontre in *conven. utr. Monarch. lib. 3. cap. 2.* adducens illud Strabonis lib. 1. *Geograph. dum ait: Sanè quicumque de India scripserunt, pleraque mentiti sunt.*

33 Semper enim antiqua, obscura, & confusa ad posterum derivantur, & quia difficile est eorum memoriam & notitiam habere, levioribus probationibus adstringuntur, l. *census, & monumenta, & l. penult. ff. de probation. cap. olim de censib. cap. veniens, de testib.* cum latè traditis à Craver. *de antiq. temp. part. ult. prima part. princip. ex n. 30.* Masc. *de probat. vol. 1. concl. 103.* & seqq. & Fulv. Pacian. in *cod. tract. lib. 2. c. 38. ex n. 39.*

Et cum à multis, & persèpè laudata sit illa Sacerdotis Aegyptii increpatio, qui (sicuti Plato in Timaeo refert) Soloni respondit, & Græcos nihil aliud, quam pueros esse, res enim antiquas eos 35 ignorare: Quid mirum si ad Indis ignorentur, qui, ut tradit Acost. à lib. 1. cap. 24. & 25. in fine, ab hominibus sylvestribus & palantibus propagati videntur, & etiam si ex culta & bene morata Republica aliquando profecti essent; ipsa tamen diuturnitate, & desuetudine, humana penè omnia oblivione deleverunt, cum tales esse in ipsa Hispania & Italia hominum greges, nihil præter eos, & figuram hominis habentes, notius sit, quam ut testibus egeat.

36 Aliud quoque recens exemplum ad ejusdem rei comprobationem adducit Fr. Basil. Pont. Legionensis in 1. part. var. disput. q. 6. *expositi-*

va c. 1. de antiquis illis Hispanis, qui Maurorum invasionem fugientes, se intra illam locorum planiciem abdidērunt, quam *Batuecas* vocant, altissimis undique montibus & rupibus naturā vallatam, & ferè inaccessam, in qua octingentis ferme annis latuerant, aliam atque aliam subinde prolem generantes; quousque proximis temporibus, ab Albano Duce in hac venatum exercente, reperti sunt; ita jam Barbari & suæ originis obliti, ut nullum ferè Christianorum vestigium apud illos remanserit.

Sed ut vanis Indorum traditionibus insuper habitis, aliorum opiniones de illorum origine & propagatione expendere incipiamus, non minùs stolidæ, & erronea illa iudicari debebit, quam quidam ex doctrina Avicennæ proponunt, tradentes, primas istarum regionum acolas ex terra, vel putri aliqua materia, mediante Solis calore, generari potuisse, quod saltem quoad corpus possibile esse, multis probare conatur Andr. Casalpina. lib. 5. *Peripatet. quaest. 9. 1.* Nam hoc rectè confutatum est ab Averroë lib. 8. *Physic. text. 46.* & ab omnibus cordatis Theologis & Philosophis, quos referunt Conimbricenses in 2. de *caelo, c. 3. q. 6. art. 3. & 4.* & in nostris terminis à Camilli Borrell. in *tract. de Reg. Cathol. præstantia, c. 43. num. 3.*

37 Etenim licet animalia imperfecta, ut potè muscæ, vermes, ranæ, & hujusmodi insecta, sæpè ex putrefactione nascantur, ut docet Aristot. lib. 5. *de histor. animal. cap. 1. & cap. 10.* Simon Majol. in *diab. Canticul. 1. tom. collog. 5. de insectis*, & Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 1. ubi ait, Aegyptios prima animantia apud se orta esse, ea conjectura probare, & quòd nunc etiam in Thebaidis agro certis temporibus multæ ac magnæ ex terra generentur mures, quæ ex re plurimum stupent homines, cum videant quorundam anteriorem usque ad pedes, & priores pedes marium partem animatam moveri, posteriori nondum inchoata, sed informi; quod & tradit Plutarc. q. *convivial. c. 4.* & Macrob. lib. 7. *Saturnal. cap. ult.* Animalia tamen perfecta, & præsertim hominem, qui omnium terrenarum creaturarum perfectissimus est, iustissimè ff. *de adilit. edit. §. in pecudum, instit. de rer. divois.* ex putrefactione nasci non posse, longè verius est, nec nisi ex prolifico parentum semine ab Adam post teris, ut diximus, propagato, ut præclare post alios suprà relatos observant Abulens. *paradox. 1. cap. 36.* Marian. *de rebus Hispan. lib. 14. cap. 9. in fin.* Martin. Delr. lib. 1. *disquisit. magicar. c. 5. q. 4. circ. finem.*

38 Qui & ex hoc reprobat, tamquam stultam, impiam & hereticam opinionem Arnaldi de Villanova, Julii Camilli, & Thom. Garzoni in *foro univers. discursu 41.* qui hominem verum per Alchymiae artem produci & formari posse putarunt, immò & tentarunt, humano semine vase cum quibusdam simplicibus medicamentis incluso. Neque abest Macrob. d. c. ult. ubi: *Natura* (id est Deus, inquit) *primum singula animalia perfecta formavit, deinde perpetuam legem dedit, ut continuaretur pro creatione successio.* Quod in hominibus etiam ex Stoicorum disciplina certissimum esse, pluribus probat Just. Lips. in *Physiolog. Stoic. lib. 3. dissert. 6. & 7.*

Unde idem Delr. lib. 2. *quaest. 14. pag. 82. & seq.*

39 seq. & ejus Epitomator Torreblanc. lib. 1. *de Magia, cap. 4. ex num. 9.* & lib. 2. cap. 32. & capit. 33. ex num. 36. ex eadem ratione concludit etiam per Magiam demoniacam verum hominem

42 creatum non posse, neque ex coitu cum similibus, canibus, vaccis, aut aliis brutis animantibus prout & tradit Aristot. lib. 5. *de histor. animal. capit. 18.* & lib. 4. *de generat. animal. cap. 3.* Lucret. lib. 5. *de natura rerum:* Manil. lib. 4. *Astronom. Licentiat. Huert. in comment. suprà 7. lib. Plin. c. 2.* & respondet ad plurima exempla, quæ in contrarium duci solent, de aliquibus hominibus, qui ex brutis animalibus, vel concepti, vel editi esse dicuntur; de quibus agunt Plin. *diab. cap. 2. Alian. lib. 1. c. 6.* & lib. 6. cap. 42. Lycosthen. *de prodig. Saxo Gram. lib. 10. histor. Dan. Joan. Magnus lib. 18. cap. 2.* Alexand. ab Alexand. lib. 2. *dier. genial. c. 31.* Cardan. lib. 16. *de rerum variet. Levin. Lenn. lib. 1. de occult. natur. mirac. cap. 8.* Petr. Cieza in *histor. Perù, 1. part. cap. 95.* Ferdinand. Castaned. in *histor. Ind. Oriental.*

43 2. part. Joan. de Barr. *decad. 1.* qui loquitur de Pegusianis, & Sjanis Indiae Orientalis, & ait, originem ducere à cane, qui cum muliere corpus miscuerat, quod verum esse sibi persuasit Mich. Balboa Cabell. in *Miscell. Austral. M. S. part. 2. cap. 11.* & alia similia recollit Torquem. in *hortu flor. Dial. 1. Fr. Raphan. lib. 16. de rerum variet. 2. tom. pag. 328.* Petr. lib. 2. *rer. ind. tit. 4. c. 8.* Petr. Cabal. *var. resol. casu 139. n. 3.* Petr. Garc. *de locis affectis, q. 37. c. 3.* Læ. Bisciol. *horar. subcessivo. lib. 12. c. 4. tom. 2.* Gasp. Bahuin. *de Hermoprod. lib. 1. c. 10.* Joan. Huarte in *exam. ingen. cap. 21.* Theatr. vit. human. vol. 9. lib. 3. pag. 2298. & novissimè atque eruditissimè Alphons. Carranza in *disp. de part. bum. c. 17. n. 91. vers. 5.* qui tandem resolvit, & probat ex ejusmodi commixtionibus aliquando monstruosos foetus gigni & edi solere.

Superiore igitur opinione rejecta, & damnata, 44 veritati propius accedere videntur, qui docent, primos Indorum Auctores vel certo cursu, fixoque consilio in hunc Novum Orbem ex antiquo, instructis ad id navibus, commeasse, ut nunc nostris Hispaniensibus accidit, quia, ut ait Cornel. Tacit. *de moribus German. Non terra olim, sed classibus advehebantur, qui mutare sedes querebant.* Vel saltem ex illis fuisse, qui dum ad proximam civitates vel provincias mercimonii gratiæ, sive alia de causa navigarent, vi ventorum & tempestatis per vastum Oceani pelagus factati, fortè fortunâ in aliquam ex his regionibus appulerunt, ex qua paulatim in reliquis illi vicinis progressi sunt. Quod satis probabile esse scribit Acost. d. lib. 1. *de nat. Novi Orb. ex c. 16 ad 20.* & apertè sequuntur Gorop. Becan. in *Hispaniis, Barret. in libello de regione Ophira, Maluend. lib. 5. de Antichrist. c. 14.* Fr. Gregor. Garc. d. *tract. de Ind. origine lib. 1. ex cap. 1. ad 4.* Pined. *de reb. gest. Salom. lib. 4. c. 15. §. 4. pag. 206.* novissimus August. Tornelli. in *Annal. sacr. anno Mundi 1931. n. 48.* & Bernard. Aldrete *de antiq. Hisp. lib. 4. cap. 7. in fine,* & idem generalitèr tradit Berros. lib. 4. & ibi Joan. Ann. & Cornel. Tacit. ubi suprà de reliquis omnibus, qui olim terras, & insulas incoluerunt, ad quas occupandas, mare trajiciendum erat. Potestque non leviter confirmari ex his, quæ prædicti Auctores de longis an-

45 Tom. I. de Ind. jure.

tiqorum navigationibus tradunt; tum data operam initis, tum maxime inopinato peractis, de quibus Nos etiam plura conessimus sup. c. 3. ex num. 5. & c. 5. ex n. 6.

Et post afferri aliud exemplum, quod est apud Gomaram. tom. 1. *hist. Ind. c. 53.* Maluenda lib. 3. *de Antichrist. cap. 52. pag. 169.* Fr. Joan. à Pontre in *conven. utr. Monarch. lib. 3. c. 3. pag. 20.* qui narrant in provinciis de Cozumel & Jucatan à nostris (ubi primùm illuc delati sunt) cruces lignæ, & arcas repertas fuisse, indeque in eam suspensionem multos devenisse, ut putarent, tempore Hispanice cladis per Arabes sub Roderico Rege in eas terras aliquos Hispanorum in summa desperatione profugos, ac tempestatibus delatos appulisse; illicque tandem vitæ concedentes, corasse supra busta sua cruces erigi. Et eodem respicit historia illa insule septem urbium sæpius à 47 Lusitanis, & aliis, sed frustra quaesitæ, quam existimant à septem Episcopis & Hispanis eandem cladem fugientibus, fortuito inventam; atque ibi urbes illas propriam unicuique sedem erexisse & habitasse, ut latius refert Anton. de Herrera *decad. 1. lib. 1. c. 2. in fin.* & Julianus del Castillo in *hist. Reg. Got. discursu 3.* ubi has insulas invisibiles esse inquit, & Antillas vocari: quod tamen fabulosum esse censeo, & Antillarum nomen ad insulas Occidentales pertinere, de quibus diximus sup. c. 4. n. 2.

48 Sed adhuc & ego cum eodem Acost. & Anton. de Herrera *decad. 1. lib. 1. c. 9.* hæc opinionem acquiescere nequeo. Nam primùm de navigatione certo & fixo consilio in has regiones susceptæ, credibile non est, cum earum nulla olim notitia haberetur, & usus atque peritia navigandi deficeret. quæ vastissima æquora, quibus ab aliis disjunguntur, homines trajicere possent, ut latè in sequentibus capitulis ostendemus. Secundum autem, quod fortuito à naufragium facientibus inventæ & occupatæ sint, etsi probabilis videatur, ex eo tamen difficultè redditur, quod ut demus viros & foeminas, unde hominum genus propagaretur, eo modo in has provincias appellere potuisse, cum tamen in eis plurima etiam animalia reperta sint non modò hominibus utilis, verum etiam fera, & illis noxia, ut sunt lupi, vulpes, pantheræ, leones, tigres, & alia similia, nusquam satis constare poterit, qualiter in remotas adeo plagas delata fuerint: nam absurdum erit dicere, aut opinari, naufragos illos ea secum asportasse. Et tamen constat, sicut & hominibus, ita & belluis aliisque animantibus, quæ perfecta dicuntur, ex vereri Orbe in hunc Novum viam quaerendam esse, cum divinatorum librorum auctoritate tradente doceamur, in magno illo mundi cataclysmo; non homines tantùm, verum & terrena quoque animalia perriisse, iis exceptis, quæ in Noë arca servata perierunt, ut patet ex *Genesi cap. 7. & 8.* & ex his, quæ ibidem Interpretes latè notarunt.

49 Quam difficultatem & in simili casu de animalibus post diluvium in insulis longinquis repertis, graviter movit D. August. *de Civit. Dei, lib. 36. cap. 7.* nec se satis ab ea explicare potuit, sicuti neque Ludov. Vives in *eius annotat.* & in nostris terminis d. Fr. Gregor. Garc. lib. 2. *de Ind. orig. c. 4.* ubi per undecim §§. ei respondere conatur, & tandem concludit, quod & sicut Angelorum mi-

ministerio omnia aiquantia ad conspectum Adæ perducta fuerunt, ut eis convenientia nomina imponeret, ut tradit D. August. lib. 9. *supr. Genes. cap. 1. 4.* & D. Thom. 1. p. q. 102. art. 2. ad 2. & similiter ex omnibus Orbis partibus adducta sunt ad Noë, ut diluuii tempore ea in arcam includeret, juxta sentent. D. Aug. lib. 15. de *Civitate Dei, c. 7. Philon. lib. 2. de vita Moysis, Pet. Comest. in Genes. c. 33.* ita post diluuium per eosdem Angelos in easdem Orbis regiones unde advenerant, & ubi creata fuerant, Deo jubente, reducta fuisse, quod etiam variando tetigit D. August. d. cap. 7. & sequuntur alii Theologi communiter post Abulens. *supr. Genes. c. 6. & 7.* novissime Fr. Joan. Torquemada in *Monarch. Ind. lib. 1. c. 8. in fin.* & de animalibus ad Adam, & Noë adductis Didac. Mature de *præcip. Christi, 1. etate mundi, cap. 6. §. 5. fol. 39. & 2. etate, cap. 5. §. 8. pag. 103.* † Ubi ex Moyse Barceph. in *lib. de Paradiso* deducit, initio mundi, & innocentie statu durante, animalia Hebræam linguam quodammodo intellexisse, & Græcorum item fabulam refert ex Philone *lib. de confusione linguarum*, qui etiam eo tempore locuta fuisse putantur, atque ideo Evam non exhorruisse, cum dæmonem in serpentem versum, in Paradiso loquentem audivit.

Verum hæc evasio propositam difficultatem non tollit, quia, ut *supr.* dictum est, hic non quaerimus, quid Deus per miraculum facere potuerit, sed quid secundum ordinem & rationem naturalium rerum humanarum contigisse videatur. Quo fundamento August. Torniel. *ubi sup. n. 49.* † aliam etiam opinionem D. August. d. c. 7. merito notat, qui in his insulis, & novis regionibus animalia Dei ordinatione de novo post diluuium à terra producta esse arbitrat, juxta illud *Genes. c. 1. vers. 24. Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terra secundum species suas.* Hoc enim secluso miraculo fieri non potuit. Et ille *Genes. 1.* locus de prima animalium perfectorum productione necessario intelligi debet. Postea namque naturaliter non nisi per sui seminis propagationem procreari potuerunt, ut diximus *supr. hoc em. 40.* & patet ex d. c. 7. *Genes. vers. 3.* ubi hac ratione de cunctis animalibus masculinum, & foeminum in Noë arcam assumi Dominus jussit: *Ut salvetur semen super faciem universae terrae;* quod sanè frustra factum, jussumve fuisset, si postea Deus eadem animalia iterum à terra mirabiliter produci veller.

Quare alii variis, sed incertis tamen, conjecturis & argumentationibus ducti: † has Novi Orbis nationes à Phœnicibus & Carthaginensibus, vel à Romanis & Italis, vel à Tartaris, & Sinis originem sumpsisse opinantur, quorum fundamenta latissime prosequitur Fr. Greg. Garc. d. lib. 2. per totum. & lib. 4. ex cap. 18. & breviter recollit Pat. Joan. Pineda de *reb. gest. Salom. lib. 4. cap. 16. §. 4. pag. 212.*

Sunt etiam, † qui eximiam illam Atlanticam insulam à Platone in Timæo, vel Critia, descriptam & celebratam, veram fuisse putantes, ex ea facili admodum transitu, ut idem Plato ait, primos homines ad insulas, & continentes regiones hujus Novi Orbis pervenire potuisse, affirmant, necnon animalia tam domestica, quam fera, quæ in illis reperta sunt, quod multum placere video

Gomar. in *hist. Ind. 1. part. fol. 120.* Augustin. de Zarate in *proem. histor. Peru:* Gregor. Garc. d. lib. 2. ex cap. 8. ad 16. Fr. Stephan. de Salazar *supr. Symbol. Apostol. discurs. 16. cap. 3.* & omnino probandum esse contendit Just. Lips. in *Physiolog. Stoicorum lib. 2. dissert. 19. & lib. 1. de Constantia cap. 16.* Sed mihi nulla ratione pervincit, maxime cum illam Platonis narrationem fabulosam esse pluribus testimoniis & argumentis ostenderim *suprà cap. 4. ex num. 28. ad 37.* prout novissime etiam facit Agust. Torniel. in *Annal. sacr. anno 3314. n. 11. in fin. pag. 181.* Seraph. Freit. de *just. Imp. Asiatic. cap. 5. n. 19. 57.*

At † si divinandum est, magis verosimilis videri debet opinio Maluenda lib. 3. de *Antichrist. cap. 18. in fine*, qui ait, Tubalem Japheti filium, & Noë nepotem, † qui post diluuium mortalium primus in Hispaniam venit, ut ex communi omnium consensu testantur Beros. lib. 5. *antiq. Euseb. lib. 9. demonstrat. Evang. cap. 3.* D. Hieronym. in *quest. Hebr. su. et Genes. & in Isai. c. 66.* Roderic. Tolet. lib. ... de *reb. Hispan. cap. 3.* Florian. lib. 1. cap. 4. Vaseus in *princip. Maris Sicul. lib. 1. cap. 1.* Marian. lib. 1. cap. 7. Tarraph. de *Reg. Hispan. cap. 1.* Philip. Bergom. in *supplement. Chron. lib. 2. Chasan. in Catal. gloria mundi. 5. part. consid. 28.* & Fr. Joan. à Ponte in *convenient. utr. Monarch. lib. 2. cap. 36. §. 2. pag. 368.* & lib. 3. cap. 33. pag. 201. & Nos *infra cap. 15. num. 51.* postquam Hispaniae provincias multis colonis implevit, per Oceanum illis finitimum novos colonos in Occiduum etiam istum Orbem misisse, cujus forte à patre, aut ab avo notitiam accepit.

Et sanè si hoc alicui non suadentur, aspernari tamen non usquequaque debet jus dicium Ferd. Gund. ab Oviedo 1. part. *hist. Ind. lib. 2. cap. 3.* † ubi tentari posse, inquit, saltè ab Hespero duodecimo ejusdem Hispaniae Rege initium incolendi & habitandi primas hujus Novi Orbis insulas datum fuisse. Quo præjacto, facilis transitus ad alias illis vicinas redditus fuit, & ad continentis regiones postea repertas. Quam conjecturam optime exornat Fr. Gregor. Garc. d. lib. 4. cap. 17. & 18. & sequi videtur doctissimus Bernard. Aldrete de *antiq. Hispan. lib. 4. cap. 17. in fine.* Hinc † notantes, optimo jure, Deo ita disponente, postliminio quodam has provincias ad Hispani Regni Coronam rediisse, cum Hispani primi earum inventores, & habitatores fuisse reperiantur jam inde à temporibus Hesperii, qui † secundum Beros. lib. 5. & Joan. de Ann. de *Reg. Hispan. cap. 13.* & alios *suprà* relatos 1658. annis ante Christum natum in Hispania regnavit, atque ita hodie 3280. fluxisse videntur.

Hesperum porro, & Hispanos ab eo missos, insulas huic Novo Orbi finitimas incoluisse, ex eo efficaciter probant, † quod illæ, quæ hodie dicuntur de Barlovento, nempe Hispaniola, Cuba, Borriquina, & similes, eadem verè sunt ac illæ, quas veteres Hesperides appellarunt, & in mari Atlantico sitas, quadraginta dierum navigatione à Gorgadis distare tradebant; ut constat ex Plin. lib. 6. cap. 31. Plutar. in *vita Sertorii*: Solin. in *Polystor. cap. ult.* Pompon. Mel. lib. 3. cap. 11. Ptolom. lib. 4. cap. 7. D. Isidor. lib. 14. *Etymolog. cap. 6.* Non Marcell. ex au-

toritate Sallust. de *num. & casib. Abraham. Ortel. in Thesaur. Geogr. in verbis, à Atlantis insula, Fortunata, Gorgones, & Hesperides*: Et Additionar. Hieronym. Bezonis lib. 1. *histor. Americ. cap. 5. in fin. pag. 28.* & 29. licet Abulens. in *Euseb. de tempor. lib. 3. cap. 79.* Alex. Veneg. lib. nat. *quest. cap. 21.* Marian. de *reb. Hispan. lib. 1. cap. 22.* Postell. in *Geograph. Jo. Huidius in globo terrestri*: & Henric. Alegren. in *Mappa generali*; perperam eas confundant cum Fortunatis, quæ verè sunt, las Canarias, aut quæ Gorgadis sive Gorgonis, quæ sunt las de Cabo Verde, ut ex *suprà* dictis Auctoribus constat.

Hæc autem † Hesperides insulæ nomen sumpserunt à prædicto Hispania Rege Hespero, Atlantidis Mauritanie Regis fratre, sub cujus Imperio primum detectæ, & cultæ esse videntur, ut expressè affirmat Abulens. ut *suprà*: Calepin. in *Thesaur. lingua Latina; verb. Hesper.* Carol. Stephan. *verb. Hesperides, & Hesperus* & ostendit antiqua consuetudo nominum provinciarum novis imponendorum, de qua egimus *suprà cap. 4. num. 42.* Quemadmodum, & ab eodem Hespero, aut ab Stella, in quam conversus narratur, Italia & Hispania, quarum summum Imperium tenuit, Hesperia etiam nominari solent, & Hesperidum horti illi, in quibus à dracone per vigili aurea mala servari Poëta fabulantur; ut constat ex traditis à Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 2. Higin. apud Annium in *lib. de Reg. Hispan. cap. 15.* Florian. lib. 1. cap. 19. Nat. Comite in *Mitholog. lib. 4. cap. 7. & lib. 7. capit. 7.* Joan. Fungor. in *Etymolog. verb. Hesperia, & Hesperides*: Carol. Stephan. Garc. & Aldrete *ubi suprà*: eodem Aldrete lib. 4. cap. 4. cum *seqq.* ubi latè de Hesperidum hortis: Francisc. Torreblanc. in *defensione ad suos libros de Magia, cap. 5. per totum*: & Frat. Joan. à Ponte in *dict. convenient. utr. Monarch. lib. 2. cap. 32. §. 2. pag. 199.*

Extat † quoque expressius aliud earumdem insularum ab Hispanis jam olim possessarum testimonium apud Dionys. Alexand. in *sua Geograph. vers. 564.*

Nomen Hesperidum, videtur à rebus piperis, & Apulei dicitur à rebus malis IBERICIS. Insulasque Hesperidas, ubi tragani origo Divites habitant illustrium filii IBERORUM.

Quæ carmina ita exposuit Andreas Papius: — Et Hesperidum stagni sulcibus oris Magnanimum dices nati dominantur Iberum.

Hispanos † enim Iberos olim dictos fuisse, apertissimum est, & ex Plin. Strab. & aliis latè probat Ortel. in *dict. Thesaur. verb. Hispania, & verb. Iberia*: Fungor. in *Etymolog. eisdem verb. Puent. dict. lib. 3. cap. 33.* & latius Maluend. lib. 1. de *Antichrist. cap. 12.* Quod † si verum est, manifestè corruet opinio, quam ut certior probat Anton. de Herrer. in *histor. general. Ind. deced. 1. lib. 9. cap. 4. in fin.* docens, prædictas omnes insulas à Floridensibus illis vicinis primùm habitatas fuisse.

Sed licet hæc ita probabiliter considerari poterint, frequentius tamen receptam video illam aliorum opinionem, quæ habet, † totum hoc Indorum Occidentalium genus ab Hebræis illarum

decem Tribuum originem trahere, quæ sub Osea Rege Israel à Salmanasare Assyriorum Rege bello capta, & in novas regiones translatæ dicuntur 4. Reg. cap. 17. & 18. & apud Joseph. lib. 11. *antiq. cap. 5.* D. August. lib. 7. de *Civitate Dei, cap. 23.* Paul. Oros. lib. 3. cap. 7. & latius in lib. 4. *Esdra c. 13.* ubi inter † alia tradit, Tribus illas divinitus in terram aliam fuisse deductas: ubi nunquam habitavit genus humanum, regionemque, quam incoluerunt, adeo esse remotam, ut haberet iter anni unius & dimidii, quod nostræ Americæ convenire inquit, & ad eam per summam Tartariam, & Mexicanam plagam ex Media aliquando pervenisse. Præterea considerant, gentem illam ab eodem Esdra appellari Pacificam, quod ajunt in his Indis Occidentalibus reperiri, sicut & plura alia, quæ certum indicium præbere putant ad probandum, ex Judæorum gente descendere, † nempe quod meticulosi, quod fracti, quod ingrati, quod mire supersticiosi, quod acuti, mendacesque sint, & in ipsis vestibus, imò & in loquendi genere plurima Judæicæ nationis vestigia retineant.

Quibus † & aliis conjecturis hanc sententiam amplectitur Genebrar. lib. 1. *Chronograph. p. 159.* tradens, se mirari, quod hoc à nullo fuerit animadversum, sed prius idem tentasse videntur Isidor. de Insolanis Mediolanensis lib. 1. de *Imper. Milit. Eccles. tit. 6. quæst. 2.* Frider. Lumin. in *libello de extremo Dei judicio*, & alii quos refert Acosta. lib. 1. *hist. Ind. cap. 23.* Torquemad. in *Monarch. Ind. lib. 1. c. 9.* ubi dicit, à se quasdam soliedas repertas, quarum auctorem fuisse putant insignem illum Episcopum Chiapensem, Fr/Balthas. de las Casas, in quibus eadem opinio non solum relata, verum & luculenter exornata conspicitur; & Michaël Cabel. Balb. in *Miscellan. Austr. manuscript. 1. part. cap. 5.* restatur, se idem Salmanticæ excepisse à doctissimo illo viro Licentiat. Joanne del Caño almæ illius Ecclesiæ Canonico Magistrali, dum illum David Psalmum exponeret: *Et omnem terram exivit sonus eorum;* & novissime, & diligentissime de eadem opinione agunt Maluend. lib. 3. de *Antichrist. c. 18.* Greg. Garcia in *ind. tract. de Ind. origin. lib. 3. per totum*, qui nihil omisisse videntur, quod vel ad eam affirmandam, vel infirmendam spectet, & cis non relatis, illam eximie laudat, & multis Sacra Scripturæ locis communire intendit Camill. Borrell. de *præst. Reg. Cathol. cap. 43. per totum.* Quibus adjicere optimum locum D. Server. lib. 2. *sacr. histor. ubi de eisdem decem Tribubus sub Salmanasare dispersis hæc habet: Decem verò Tribus prius ductæ per Partbos, Medos, Indos, atque Ethiopes disperse, nunquam in solum patrium suum regressæ, hodieque Barbarorum Imperiis coercentur.*

Verum autem vero ego adhuc huic opinioni assentire non possum, adversus quam urgentissimè pugnant plures rationes & argumenta, quibus eam manifestè convincunt Acosta, Maluenda, & Torquemad. *ubi suprà*: Cabel. in *dict. Miscellan. 2. part. ex cap. 3. ad 7.* Fr. Hieronym. Romanus 3. part. in *Republ. Ind. lib. 2. cap. 9.* Joan. Boter. in *relation. univers. 4. part. lib. 2. pag. 27.* & 28. novissimus Augustin. Torniel. in *Annal. sacr. 2. tom. ann. 3314. n. 15. pag. 180.* Fr. Joan. à Ponte in *convenient. utr.*

Bartholomæus

Monarch. lib. 1. cap. 18. pagin. 203. & cap. 25. pag. 258. & Fr. Scraphin. Freitas dict. cap. 5. numer. 19. neminem referens.

Certius quippe est, Judæos illarum decem Tribuum eandem nunc, quam antea captivitatem servare, ibique usque ad ultima tempora mansuros, nec nisi per eosdem angustos Euphratis aditus, per quos venerant, redituros, sistenterum Deo fluminis venas, ut in eodem Esdræ loco aperte subicitur: & tradit Joseph. dict. lib. 11. antiq. cap. 5. & lib. 9. cap. 15. D. Hieronym. in Ezech. cap. 22. in princip. & cap. 27. & sup. Zachar. cap. 2. Paul. Oros. lib. 3. cap. 7. & novissimus Poinatius Judæus in lib. de germ. David, ubi tradit, hodiernis temporibus illos Judæos ibi consistere, quem & alia de illis, & cur à multis clausi dicantur, optimè refert Maluend. & Joan. à Ponte ubi supra, & novissimè Barrad. in tract. de peregrinat. filiorum Israel.

71 Et præterea nusquam certa via assignari potuit, per quam gens illa in Americam transire posset: nam si per Occiduum, Euphrate iterum transmissio, incessisse dicamus, ut aperte citatus Esdræ locus indicare videtur, necessarium fuit, eos vel universæ Syriæ, Arabiæ, Africaque latitudine longis itineribus peragrata, ad Atlanticum usque Oceanum, & inde, eo magnis navigiis, ac longa admodum navigatione dimenso, tandem ad Americam pervenisse, vel ab Assyria ad Occiduum Syriæ fines terrestri itinere, mox navibus tota Mediterranei longitudine usque ad freti Gaditani exitum emensa, inde per vastissimam, & tunc omnino incognita Oceani maria ad Novi Orbis oras postremo appulisse. Quod (ut bene observat Tornell. ubi supra,) profectò tam longam tanti populi navigationem, utpote magnum quid, & novum, & numquam antea auditum, nullatenus Esdras silentio involvisset.

72 Ut omittam librum illum quartum, qui ejus nomine circumfertur inter apocryphos connumerari ab eodem Genebrard. lib. 2. Chronic. pagin. 188. Sixto Senens. lib. 1. Bibliothec. sanct. set. 3. Nicol. de Lyra in lib. Esdr. cap. 1. Belarmin. lib. 1. de verb. Dei, cap. 20. Acost. dict. cap. 23. & Anton. Posevin. in Apparatu, 1. tom. verb. Esdras; licet verum sit ab Ecclesia non reprobari, sed potius eam, & Sanctos ejus Patres, ejusdem libri auctoritatibus uti solere, ut refert à Ponte dict. lib. 2. cap. 18. in fin. pag. 206.

73 Et cum hæc de superiore opinione judicemus, longè magis eam rejicere debemus; quæ placuit viro alloqui doctissimo Petro Ruicio Bejarano, olim primi nominis in Curia Regalibus causarum Patrono, & postea in Argentino Conventu hujus Regni Peruani meritissimo Senatori, dum in quibusdam manuscriptis scholis, quæ de Indis adscriptis, sive ut vulgo loquuntur,

74 Tanacenas elucubravit, Indorum progeniem Isaachar quinto Jacobi filio, & ejus Tribu originem duceret tradit, motus eò quod Genes. 49. & 15. sic de eo, atque ejus posteris pater prophetasse videtur: Isaachar asinus fortis, accubans inter terminos vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima, supposuit numerum suum ad portandum factusque est tributis serviens. Quam opinionem ex paraphrasi Nicolai de Lyra ad illum locum confirmare contendit, & eam

multum laudat, & extollit Doctor Carrasc. in suis interpretat. ad II. Novæ Recop. cap. 6. §. 3. num. 4. pag. 65. Eo quod omnia, quæ de Isaachar ibi dicta sunt, his Indis omnino conveniant, cum inter utriusque Oceani terminos jaceant, optimas & feraces admodum terras possideant, & otio & ignavia valde dediti sint, & ad serviendum, & onera ferendum nati videantur. Sed animadvertere debuisset, aliud esse, Indos Isaachar similes videri, aliud ab eo originem ducere, quod novum est, & nullo fundamento subnititur. Præsertim cum ex eadem Sacra Pagina constet, Isaachar terram totius Cananæ optimam, atque supra modum fertilem in sortem obtinisse, & in ea patris benedictionem impletam, ac propterea Tribum illius ita se ultrò agriculturæ operibus addixisse, ut ab his divelli posse non videatur, & mallet tributa majora pendere, quam de terra sua, sive ad bella gerenda, sive ad alia Principum servitia exire. Et in hujus rei significationem Tribus illa pro insignis sui vexilli asinum posuit, ut impleteret præceptum à Domino traditum, Numer. cap. 2. sicuti produnt Ferdinand. Mexia in Nobiliario, lib. 3. cap. 4. Fr. Hieronym. Romanus Rerumpubl. lib. 6. cap. 4. Salaz. super Symbol. Apostol. disc. 1. cap. 3. & novissimè Barnab. Moren. de Vargas de nobil. Hispan. disc. 18. in princip.

CAPUT X.

De eadem Indorum origine, & quod verosimilius videatur, terrestri, aut brevi navali itinere per has regiones disseminatos fuisse. Et an à posteris Cham descendant: & aliqua de colore eorum, & Gigantibus, qui in aliquibus locis reperti dicuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Indorum de origine nihil certè affirmari potest, & quod multis modis initium habere poterint.
- 2 Orbis Novus per aliquam partem est antiquo conjunctus, aut vicinus.
- 3 Indi Novi Orbis, & reliqua animalia, quæ in eo reperta sunt, ad eum pervenire poterunt terrestri, vel brevi navali itinere, & quomodo.
- 4 Terrarum primariæ plage etsi vastissimo mari dividantur, alicubi tamen conjunctæ, vel valde proximæ sunt, & exempla.
- 5 Auctores recensentur, qui Indos Occidentales terrestri itinere ad eas regiones pervenisse dicunt.
- 6 Hominum per Orbem disseminatio magis frequens, & ordinaria terrestri itinere, aut brevi mari trajecio facta est.
- 7 Terras ita Deus disposuit, ut facile homines de aliis ad alias transire possent, cum jussisset eos Orbem replere.
- 8 Insulas maris cur hic, atque illic Deus collocaverit ab initio mundi.
- 9 In insulis Dei sapientiam elucere cur dixerit Augustinus.
- 10 Noë posteri brevi tempore nimis aucti, & sparsi sunt.
- 11 Homine ex uno, & ejus conjuge quot liberi procreari possint spatium 210. annorum.
- 12 Noë plus decem annis per Mediterraneum navigavit, posterorum suorum familias, seu colonias inveniens.
- 13 Humanum genus temper dilatationi, & propagationi studuit, & qualiter paulatim omnes Orbis regiones, & insulas etiam longè positas occupavit.
- 14 Theophrasti Antiocheni elegantissima verba de hominum propagatione.
- 15 Tertulliani de eadem propagatione hominum duo loca elegantissima proferuntur.

E...

- 16 Franciscus Vallerius insignis Medicus, & Philosophus, quid tenerit de hominum per universum Orbem disseminatione.
- 17 Josephus Acorta putat habitatores Novi Orbis non esse valde antiquos, & ab hominibus sylvestribus propagatos, & id qualiter accipiendum.
- 18 Homines sylvestres, & omnino bruti reperiuntur in aliquibus locis.
- 19 Homines veri reperiuntur, qui sylvas, & antra habitantes brutis assimilantur, sed rectè instituti rationales evadunt.
- 20 Migrationes, & colonie variarum nationum, & auctores plurimi, qui de illis scribunt.
- 21 Dom. D. Laurentius Ramirez de Prado Regius Consiliarius laudatur.
- 22 Orbis Novus ubi antiquo conjungi, aut proximus esse creditur.
- 23 Orbis Novus supra Floridam creditur extendi ad Polium Arcticum usque ad Groelandiam, Lappiam, & Noruegiam.
- 24 Curlantia provincia Septentrionalis in Regno Poloniae habet gentes Indis Occidentalibus simillimas.
- 25 Anian fretum ultra promontorium Mendocinum dicitur Indiam Orientalem, & Occidentalem.
- 26 Orbis Novus ex parte Poli Antarcticæ ultra fretum Magellanis plures regiones nondum detectas habere creditur.
- 27 Arctico sub Polo sunt plures regiones habitatae, & sub Antarcticæ alias repertiadas esse verosimile est.
- 28 Septentrionales nationes plurimas, & qui de illis scripserunt.
- 29 Regio in qua juxta Ethiopiam, Asia, & Africa junguntur, & alia Narbonensis, Polyii tempore illustrata non erant.
- 30 Indos Orbis Novi ex pluribus partibus ad eum transire potuisse, & maxime ex Orientalibus, aut Sinit, & Tartariis.
- 31 Indos Occidentales, sicuti & Orientales ab Ophit genibus ducere putat Arias Montanus, & alii.
- 32 Indiam Orientalem fuisse olim conjunctam Occidentali Auctor quidam scribit.
- 33 Indi Occidentales in omnibus ferè similes sunt Orientalibus.
- 34 Indi Novi Orbis possunt procedere ex filiis Sem, aut Japhet, & etiam ex filiis Cham secundum Torriellum.
- 35 Indos Occidentales originem ducere ex posteris Cham filii Noë, alii tradunt.
- 36 Joannis Lerii Burgundi levis conjectura de origine Indorum Occidentalium.
- 37 Indi Occidentales, & Orientales quem colorem communiter habeant, Et num. 52.
- 38 Cuba insula incolæ historiam Noë, & filiorum ejus narrabant.
- 39 Coloris Indorum & Ethiopum causa.
- 40 Homines varios colores habere non est ita mirandum, quam ex Ethiopibus albos nasci, vel è contrario.
- 41 Mexicani homines nimis altos servabant, & mirabantur.
- 42 Homines in monte Zantone Indis Orientalis, quæ vergit ad Orientem nascuntur albi, quæ ad Occidentem nigerrimi, & de quodam homine bicolori.
- 43 Coloris & crispature Ethiopum causam Soli tribuit Theophrastus.
- 44 Indi cur non sint ita nigri & crispi, sicut Ethiopes, aut Cæli, sed ex habitu, & similitudine parentum, multi opinantur, & quibus rationibus.
- 45 Ethiopes, & Indi, & eorum liberi nunquam mutant colorem, etsi ad frigidas regiones transferantur.
- 46 Cham cur destitutus fuerit paternæ benedictione, & Chanaan ejus filius cur maledictus.
- 47 Chus filius primogenitus Cham fuit nigerrimus, & Ethiopum auctor.
- 48 Mizraim filii deformes.
- 49 Getuli nigri sunt, & ore putidi, unde salem semper in eo portare solent.
- 50 Phut tertio genitus Cham quales liberos genuerit.
- 51 Proprii colores utriusque Indis Incolæ.

53 Ethiopem dealbare adagium, & alia de Ethiopibus, remissive.

54 Gigantes in Novo Orbe viguisse, & hodie vigere aliqui tradunt, & latè de eis.

Hæc fermè sunt, quæ à doctissimis viris circa Indorum Occidentalium originem, & propagationem considerari solent, in quibus tamen congerendis & illustrandis an nos aliquid præstiterimus? viderint alii. Et quidem in re adeò lubrica & antiqua nihil omnino respondendum est: nam si in id incumbere acriter quodvis humanum ingenium perrexerit, in quamvis rem luder potius, quam firmas rationes inveniet. Quo fit, ut minus displicere debeat iudicium Gregor. Garcia, ubi supra lib. 4. cap. ult. qui in dubio positus, cui ex prædictis opinionibus adhereret, tandem affirmari posse inquit, non ab una tantum gente, neque una tantum via, sed ab illis omnibus, quos commemoravimus, casu, & consilio, mari, ac terrâ primos hujus Novi Orbis habitatores propagari potuisse.

Ergo fruatur unusquisque sententiâ suâ. Et ut ego meam sub aliorum etiam correctione proponam, semper verosimilius arbitratus sum, hunc Novum Orbem non esse penitus ab altero illo divisum, quin potius aliqua in parte, vel hæret, vel sanè valde vicinum esse, arcto aliquo dumtaxat freto disjunctum, eoque, uti assolet, aliis atque aliis insulis interrupto, per quæ loca facile, & promptumque est, existimare, genus hominum, & simul reliqua perfectæ animantia paulatim terrestri, vel brevi navali itinere defluxisse, ac sedes subinde, & novas querendo, & inventas mutando, pro varia regionum commoditate tot populos & nationes effecisse, quemadmodum etiam Divinæ providentiæ dispensatione factum est, ut primariæ aliæ terrarum plagas, tamen, ut plurimum, vastissimis disjunctæ maribus, alicubi tamen aliquo, vel tenui Isthmo copulatæ sint, vel exiguo freto inter se distinctæ. Videmus enim in universalibus Orbis terrarum descriptionibus, Asiam cum Africa, Isthmo, qui est inter mare Mediterraneum & Arabicum, conjungi, & in duabus Americæ nostræ peninsulis idem in Panamensi tractu contingere, ut diximus supra cap. 6. num. 6. & 36.

Videmus item Africam ab Europa circa Hispaniæ, ac Mauritaniam fines, freto tantum Herculeo, seu Gaditano se jungi, & eodem modo Europam ab Asia, Helesponto, & duobus Bosphoribus, Thracio scilicet, & Cymmerio, quamquam eadem Europa supra paludem Maotidem, fluvio dumtaxat Tanai ab Asia dirimitur, & in parte magis Boreali invicem Asia, Europaque copulantur, Isthmo satis amplo, qui à fontibus prædicti fluminis rectè ad Granicum Aquilonaris Oceani sinum excurrit: Asia quoque à regionibus Arcticis ad novam Zemblam modico freto secedunt, & ab America altero, nimirum Aniano, dirimi creditur: Americam item Australem, seu Peruvianam certum est fretu tantum Magalano separari, de quo egimus supra cap. 8. ex num. 35.

Quam sententiam optimè proponit & illustrat Acost. d. lib. 1. cap. 20. & 24. & aliis neglectis probat & sequitur Joan. Boter. in relati. univers. col. 2. part. 1. lib. 1. pag. 343. & 344. doctis-

